

possent consequi detrimentum set tantum frequentauerunt locum illum de die in diem dominj Mapheus & marcus se domesticantes cum eis & de eorum negotijs inquirentes. quod inuenerunt eos xpistiana[m] legem tenere nam ipsi habebant libros & isti dominj Mapheus & marcus legentes in ipsis inceperunt scripturam interpretari & traslatari de uerbo ad uerbum & de lingua in lingua[m] ita quod inuenerunt esse uerba psalterij/ tunc interrogauerunt eos unde legem & ordinem illum haberent qui respondentes dixerunt. Ab antecessoribus nostris habebant itaque in quodam eorum templo depictas ymagines tres qui tres apostoli fuerant ex septuaginta qui per mundum iuerant predicando & illos dicebant antecessores suos in illa lege antiquitus informasse. & quod iam per anos septingentos apud eos erat fides illa seruata. set multo tempore sine doctrina fuerant quare principalia ignorabant tamen istud tenemus a predecessoribus nostris uidelicet quod secundum libros nostros celebramus & reuerentiam facemus istis tribus scilicet apostolis. tunc dixerunt dominj Mapheus & marcus uos estis xpistiani & nos sumus similiter xristiani. consulimus uobis ut ad magnum can mitatis & exponatis ei condicionem uestram ut ipse cognoscat uos & uos positis legem & ordinem uestrum libere retinere nam propter ydolatos non bene audebant eorum legem palam exprimere nec tenere. miserunt itaque duos ex eis ad magnum can & dominj mapheus marcus*| & ipsos instruxerunt quod se prius presentare[n]t 51^o cuidam qui capud erat xristianorum in curia magni can. ut eorum esse coram dominj presentia declararet & ipsi nuncij sic fecerunt set quid coram magno can fuit ille qui capud erat xristianorum istos denuncians esse xristianos & quod debea[n]t pro xristianis in suo dominio confirmari. & hoc intelligens qui erat capud ydola adorantium ex aduerso mouit questionem dicens quod hoc non debebat esse Nam supradicti erant ydolatri & fuerunt semper & pro ydolatriis habebantur. & sic coram domino super hoc questio magna fuit. finaliter dominus yratus faciens omnes abire ad se iusit nuncios uenire. eos interrogans utrum xpistiani esse uellent uel ydolatri. qui responderunt quod si sibi placeret. & contra magnificentiam eius non esset uolebant xristiani esse sicut sui fuera[n]t predecesores tunc magnus can precepit eis fieri priuilegia qualiter pro xristianis debeant appellari/ & xpistianitatis ualeant normam/ quicumque sub ista reg[u]la continentur. nam inuentum fuit quod per prouinciam mançi hic & illic erant familie plures septingentis milibus que regulam huiusmodi sectabantur//—

DJcto de ciuitate fugui nunc dicere & narare uolumus de ciuitate & portu caytum. Nam cum disceditur a fugui supradictum flumen transitur. & itur sex dietis per syrocom inueniendo continuo multas ciuitates & castra in quibus inuenitur de omnibus uictualibus habundanter ibi sunt montes uales

* mapheus & marcus & ipsos *accidentally*, for mapheus & marcus & ipsos So read: mapheus & marcus|ipsos